

In illa prohibitione, & ideo post mortem Viri posse alii nubere.

Ad cap. Cum in captivitate. 34. qu. 2. in quo Innocentius Papa I. dixit, quod si prima Uxor non fuerit egesta per Autenticum, Maritus non potest permanere cum secunda; unde à contrario, si sit egesta per divortium videtur solvi Vinculum Matrimoniale, & posse permanere cum secunda: Respondet Emmanuel Gonzalez Comment. in cap. 1. de Divort. num. 13. his verbis: Dicendum est, ea Verba, nec utrovis egesta, referenda esse ad usum, quo Matrimonium nullum declaratur; quia celebratum fuit in gradu conjugum, & non in gradu solutorio, quo Matrimonium irritant, quo casu cum Matrimonium nullum declaratur, rectè possunt conjuges ad aliud transire: tunc autem latè fieri divortium dicitur, cum verè Matrimonium nullum fuerit. Gloss. ibi V. Egesta, quana sequitur Turricremanus. Et hoc solutio intelligenda sunt textus in cap. Querimoniam, De Jurisdictione. Et in cap. 1. hoc tit. de Divortio. Huc usque Gonzalez.

Ad cap. Lautabilem. 1. De Convers. Infidel. in quo eum quidam Maritus apostatasset à fide, ac ejus Uxor postea alteri nupsisset, & demum eum primus Maritus iterum reversus esset ad fidem, ac suam Uxorem peteret, Cælestinus Papa Tertius, (creatus Pontifex Anno 1191.) ait, Non videtur nobis quòd eadem à secundo debeat recedere, & resignari priori. Plures dantur à DD. resolutiones. Prima, ac præcipua, quod illa Verba sint apocrypha; minime prolata ab illo Summo Pontifice, doctissimo, ac in scientia Sacrorum Canonum versatissimo; sed sint subinferta ab aliquo heretico, vel inimico ejusdem Pontificis. Duo sunt fundamenta hujus responsionis: Unum quòd tempore Cælestini Tertii vivebat Theodorus Balsamon hostis acerrimus Romanorum Pontificum, à quo fuerunt canones compilati, & de quo ita scribit P. Antonius Foresti in vita ejusdem Cælestini Tertii in Mappamun. i tom. 3. Anno 1196. pag. 527. numer. 5. A' i tempi di Cælestino fero Teodoro Balsamone, riputato uno de' gran Serivi dell' età sua, se l'afiso, ed il libro contro i Romani Pontefici non avesse di troppo eccelsitata la sua gloria. Egli ne scrisse i suoi si ristola Patriarca Antiocheno, ma il su' solo ita nome, perchè il Patriarca Latino di essa Chiesa, sentendo come Signore, non permetteva, che vò si accollasse il Patriarca Greco ad inquietarla. Egli però sapendo, ciò essere per ordine de' Romani Pontefici, non lascio ne' suoi scritti di lacervarli, e renderli odiosi a' Greci, principalmente nella sua compilazione de' Canon, inferenzione alli veri de' falsi, ed apocryphi. Idem observat, & notat Spondanus ad Annum 1193. num. 3. Aliud fundamentum est, quod in collectione Canonum in quinque Libris Decretalium facta per S. Raymundum de Peñafort Anno 1230. iussu Gregorii Papæ Noni, prædicta verba, & responsum Cælestini III. quòd Uxor illa non debeat à secundo recedere, & resignari priori marito; non reperiuntur, ut testatur antedictus Emman. Gonzalez in Comment. ad d. cap. 1. De Convers. infidelium num. 21. tom. 3. pag. 504. ideo non levis est suspicio, ea ab hæreticis, vel Schismaticis apposita. Sed estò, ea pronuntiasset Cælestinus III. responderetur secundò, esse intelligenda de Matrimonio rato, non consummato cum Apostata, quòd à Papa dispensari potest, ut dictum est supra num. 59. Respondetur tertio, Cælestinum III. non ita definisse tamquam Summum Pontificem, seu ex Cathedra; sed se opinatum esse uti Doctorem privatum, forsan quia eo tempore nonnulli opinabantur, per hæresim, sive apostasiam à fide solvi Matrimonium quo ad vinculum, & conjugem fidelem posse alteri nubere, quòd postea falsum esse declaravit Innocentius III. Successor ejusdem Cælestini in cap. Quanto. 7. De Divortio. Ita Emin. Card. de Lauræa d. disp. 16. de Matrim. num. 130.

Ad cap. Lautabilem. 1. De Convers. Infidel. in quo eum quidam Maritus apostatasset à fide, ac ejus Uxor postea alteri nupsisset, & demum eum primus Maritus iterum reversus esset ad fidem, ac suam Uxorem peteret, Cælestinus Papa Tertius, (creatus Pontifex Anno 1191.) ait, Non videtur nobis quòd eadem à secundo debeat recedere, & resignari priori. Plures dantur à DD. resolutiones. Prima, ac præcipua, quod illa Verba sint apocrypha; minime prolata ab illo Summo Pontifice, doctissimo, ac in scientia Sacrorum Canonum versatissimo; sed sint subinferta ab aliquo heretico, vel inimico ejusdem Pontificis. Duo sunt fundamenta hujus responsionis: Unum quòd tempore Cælestini Tertii vivebat Theodorus Balsamon hostis acerrimus Romanorum Pontificum, à quo fuerunt canones compilati, & de quo ita scribit P. Antonius Foresti in vita ejusdem Cælestini Tertii in Mappamun. i tom. 3. Anno 1196. pag. 527. numer. 5. A' i tempi di Cælestino fero Teodoro Balsamone, riputato uno de' gran Serivi dell' età sua, se l'afiso, ed il libro contro i Romani Pontefici non avesse di troppo eccelsitata la sua gloria. Egli ne scrisse i suoi si ristola Patriarca Antiocheno, ma il su' solo ita nome, perchè il Patriarca Latino di essa Chiesa, sentendo come Signore, non permetteva, che vò si accollasse il Patriarca Greco ad inquietarla. Egli però sapendo, ciò essere per ordine de' Romani Pontefici, non lascio ne' suoi scritti di lacervarli, e renderli odiosi a' Greci, principalmente nella sua compilazione de' Canon, inferenzione alli veri de' falsi, ed apocryphi. Idem observat, & notat Spondanus ad Annum 1193. num. 3. Aliud fundamentum est, quod in collectione Canonum in quinque Libris Decretalium facta per S. Raymundum de Peñafort Anno 1230. iussu Gregorii Papæ Noni, prædicta verba, & responsum Cælestini III. quòd Uxor illa non debeat à secundo recedere, & resignari priori marito; non reperiuntur, ut testatur antedictus Emman. Gonzalez in Comment. ad d. cap. 1. De Convers. infidelium num. 21. tom. 3. pag. 504. ideo non levis est suspicio, ea ab hæreticis, vel Schismaticis apposita. Sed estò, ea pronuntiasset Cælestinus III. responderetur secundò, esse intelligenda de Matrimonio rato, non consummato cum Apostata, quòd à Papa dispensari potest, ut dictum est supra num. 59. Respondetur tertio, Cælestinum III. non ita definisse tamquam Summum Pontificem, seu ex Cathedra; sed se opinatum esse uti Doctorem privatum, forsan quia eo tempore nonnulli opinabantur, per hæresim, sive apostasiam à fide solvi Matrimonium quo ad vinculum, & conjugem fidelem posse alteri nubere, quòd postea falsum esse declaravit Innocentius III. Successor ejusdem Cælestini in cap. Quanto. 7. De Divortio. Ita Emin. Card. de Lauræa d. disp. 16. de Matrim. num. 130.

Ad cap. Lautabilem. 1. De Convers. Infidel. in quo eum quidam Maritus apostatasset à fide, ac ejus Uxor postea alteri nupsisset, & demum eum primus Maritus iterum reversus esset ad fidem, ac suam Uxorem peteret, Cælestinus Papa Tertius, (creatus Pontifex Anno 1191.) ait, Non videtur nobis quòd eadem à secundo debeat recedere, & resignari priori. Plures dantur à DD. resolutiones. Prima, ac præcipua, quod illa Verba sint apocrypha; minime prolata ab illo Summo Pontifice, doctissimo, ac in scientia Sacrorum Canonum versatissimo; sed sint subinferta ab aliquo heretico, vel inimico ejusdem Pontificis. Duo sunt fundamenta hujus responsionis: Unum quòd tempore Cælestini Tertii vivebat Theodorus Balsamon hostis acerrimus Romanorum Pontificum, à quo fuerunt canones compilati, & de quo ita scribit P. Antonius Foresti in vita ejusdem Cælestini Tertii in Mappamun. i tom. 3. Anno 1196. pag. 527. numer. 5. A' i tempi di Cælestino fero Teodoro Balsamone, riputato uno de' gran Serivi dell' età sua, se l'afiso, ed il libro contro i Romani Pontefici non avesse di troppo eccelsitata la sua gloria. Egli ne scrisse i suoi si ristola Patriarca Antiocheno, ma il su' solo ita nome, perchè il Patriarca Latino di essa Chiesa, sentendo come Signore, non permetteva, che vò si accollasse il Patriarca Greco ad inquietarla. Egli però sapendo, ciò essere per ordine de' Romani Pontefici, non lascio ne' suoi scritti di lacervarli, e renderli odiosi a' Greci, principalmente nella sua compilazione de' Canon, inferenzione alli veri de' falsi, ed apocryphi. Idem observat, & notat Spondanus ad Annum 1193. num. 3. Aliud fundamentum est, quod in collectione Canonum in quinque Libris Decretalium facta per S. Raymundum de Peñafort Anno 1230. iussu Gregorii Papæ Noni, prædicta verba, & responsum Cælestini III. quòd Uxor illa non debeat à secundo recedere, & resignari priori marito; non reperiuntur, ut testatur antedictus Emman. Gonzalez in Comment. ad d. cap. 1. De Convers. infidelium num. 21. tom. 3. pag. 504. ideo non levis est suspicio, ea ab hæreticis, vel Schismaticis apposita. Sed estò, ea pronuntiasset Cælestinus III. responderetur secundò, esse intelligenda de Matrimonio rato, non consummato cum Apostata, quòd à Papa dispensari potest, ut dictum est supra num. 59. Respondetur tertio, Cælestinum III. non ita definisse tamquam Summum Pontificem, seu ex Cathedra; sed se opinatum esse uti Doctorem privatum, forsan quia eo tempore nonnulli opinabantur, per hæresim, sive apostasiam à fide solvi Matrimonium quo ad vinculum, & conjugem fidelem posse alteri nubere, quòd postea falsum esse declaravit Innocentius III. Successor ejusdem Cælestini in cap. Quanto. 7. De Divortio. Ita Emin. Card. de Lauræa d. disp. 16. de Matrim. num. 130.

Et 131. & nos de eodem Cælestino diximus de Sacramento Penitentiae Decif. XIX. sub num. 21. Vers. Ad sextum.

Ad Novellam Constitutionum Justinii Imperatoris de Anno 566. existentem in Libr. Authentico. sub Titulo: Ut possit consensu dissolvi Matrimonium. Satis est dicere pro ejus confutatione, contrariare Evangelicæ Veritati, & antecedenti Novellæ Constitutioni 117. cap. 10. Justiniani Imperatoris Prædecessoris, & Avi sui, quod legitur in Auth. Quod hodie. C. de Repudiis, & de qua meminit Basilus Pontius de Matrim. lib. 9. cap. 1. num. 9. Sed quibus moribus fuerit imbutus Justinus, narrat Spondanus ad d. Ann. 566. num. 3. his verbis: Sed ut ad Justinum redeamus, felix plañt ipse existisset, nisi avaritia, & turpi vita sciscasset, que ipso sui Imperii exordio laudabiliter peregrisset. At enim Evangelii, delictis eum desinxisse, & mollitie, in voluntatis obsequio voluntatur esse. Et paulò post: Atque sensim in detestata lapsus, hoc item anno, alia promulgata Constitutione, communi conjugum consensu dissolvi Matrimonium posse sancivit; que quidem molè inter Justiniani Novellas 140. adnumerata habetur, eum ipse dicitur Iustinus in ea reletur expressè, divorcium Justiniani de ea re fuisse sententiam. Nullus itaque roboris est Constitutio illa, quam Lex Justiniani Cæsaris Prædecessoris reprobavit; & tora Ecclesia Catholica anathematizavit. Et nihilominus ex hoc ludente fonte errorum solubilitatis Matrimoniorum; tamquam putidam aquam, hauriunt, & bibunt Græci Schismatici; contra quos declamat prælaudatus eruditissimus Abbas Papadopoli hujus nostri celeberrimi Gymnasii Patavini publicus Sacrorum Canonum Professor in d. suis Prænotionibus. Mystagogæ, Resp. 6. sect. 4. à num. 12. & seqq. ubi cumulat in numeros penè Canones, & Patres, possimud Græcos, qui ab Ecclesiæ incantabilis, & successivis temporibus semper doegerunt. Vinculum Matrimonii consummati in Ecclesia Catholica fuisse, ac esse insolubile. Hinc quo ad Græcos Catholicos sub Regimine Ordinariorum Catholicorum viventes Clementis VIII. Anno 1595. Constit. 34. §. 5. ita sancivit: Matrimonia inter Conjuges Græcos dicitur, seu divorcia quo ad Vinculum heri nullo modo permittant, seu patiantur, & si qua de facto processerint, nullas, & irritas declarent.

Restat, ut respondeamus ultimæ objectioni deductæ ex verbis Evangelii Matth. 19. in quibus Dominus noster dixit: Quicumque dimiserit Uxorem suam, nisi ob fornicationem, & aliam duxerit, mæchatur; & qui dimissam duxerit, mæchatur. Ex quibus deduci posse videtur, Quicumque dimiserit Uxorem suam ob fornicationem, & aliam duxerit, non mæchatur; & qui dimissam duxerit, non mæchatur. At hæc deductio est erronea, falsa, & hæreticæ, attentis tot, & tantis Conciliis, dictis SS. Patrum, atque Summorum Pontificum, supra allegatis, quibus definitum est, dimittentem adulteram Uxorem, ut aliam ducat, mæchatur; & eum, qui ducit adulteram dimissam pariter mæchatur. Igitur vera interpretatio supradictorum Verborum Christi Domini Matth. 19. 9. est, eum fuisse locutum, & de dimissione Uxoris quoad thorum, atque habitationem tantum; & de dimissione quoad Vinculum pro alia Uxore ducenda. In prima dimissione dicit, eam esse licitam, si Uxor commiserit fornicationem, & facta sit adultera. In secunda dimissione dicit, non esse licitam, quia qui dimissa prima Uxore, etiam fornicationis causa, aliam duxerit, mæchatur; & qui illam dimissam duxerit, mæchatur. Ita omnes Scholastici, Moralesque Theologi, ac Canonistæ: S. Thomas in 4. sent. distind. 35. & ibidem Scotus, S. Bonaventura, Durandus, & alii. Gonetus tom. 5. tract. 8. disp. 5. num. 49. Sanchez de Matrimo. lib. 10. disp. 2. sub num. 3. ubi alios cumulat; Cotonius d. lib. 5.

libr. 5. Controvers. 2. cap. 3. num. 98. Thomas Tamburinus de Triplici Jure lib. 8. tract. 5. capit. 6. & præter Scripturam infra citandos, novissimè Emin. Card. de Lauræa, ac doctissimus Maffrius, quorum Verba tamquam Magistralia non me piget hic transcribere, pro majori Parochorum, ac Studentium gratificatione.

Itaque Emin. Card. de Lauræa d. disp. 16. de Matrimo. num. 93. ita loquitur: Hic autem rationibus, ac decretis suppositis manifestè claret, quanam sit sensus verborum Christi Matth. 19. 9. Quicumque dimiserit Uxorem suam &c. Sensus ergo est, quòd cum Christus repudium in præcedentibus verbis, & omnem aliam dimissionem reproboverit; concedit, quòd ex causa fornicationis possit dimittere Uxorem quoad cohabitationem, & thorum, non tamen quoad Vinculum; ideoque si dimitteret aliam ducit, mæchatur; & qui dimissam ducit, mæchatur, quia vinculum non est solutum. Et sic patet, quòd idem dicit Mattheus, quod Lucas, & Marcus.

Maffrius verò in 4. sentent. disp. 7. de Sacramento Matrimoni num. 188. hæc scribit: Ad fundamentum in oppositum junctum ex verbis Matth. 19. 9. Quicumque dimiserit Uxorem suam &c. respondeatur ex doctrina Patrum, Conciliorum, & scriptis Pontificum in repudio, seu perfecta dimissione quoad vinculum duo esse consideranda, nempe dimissionem unius, & potestatem ducendi aliam. Christus igitur in præfatis verbis hæc duo distinguit, & unum in causa fornicationis concedit, scilicet dimissionem; alterum verò, scilicet potestatem ducendi aliam, omnino abrogavit; alioquin esset manifesta contradictio cum præcedentibus verbis, quibus repudium, quòd erat in Legge Moysæa permittum, & solutionem quoad vinculum omnino reproboverat. Solum ergo concedit illis verbis, quòd ex causa fornicationis possit quis uxorem dimittere quoad cohabitationem, & thorum; non tamen quoad vinculum, nec in ullo casu permittit, licere aliam ducere, prore conjuge vivente, quia vinculum non est solutum; & sic patet, quòd idem dicit Mattheus, quod Lucas, & Marcus, & in hoc sensu hunc locum expostis præsertim Augustinus lib. 2. de Adult. Conjug. cap. 9.

Hanc eandem explicationem faciunt omnes Scripturistæ in Comment. super Matth. cap. 19. 9. Nempè Lyranus, Abulenfis, Maldonatus, Stapletonius, Cornelius à Lapide, Tirinus, Barradius, Menochius, & novissimè Magrius in fine sui Hierolexici, seu Dictionarii Sacri, in suis apparentibus contradictionibus Sacræ Scripturæ conciliatis ad d. Verba S. Matth. 19. Vers. 9. à Studiofis videndus. Ex quibus omnibus firmatur supra exposta doctrina, quòd in Ecclesia Catholica vinculum Matrimonii legitime init, & consummatur est prorsus indissolubile, excepto casu conversionis sed non indissolubile infidelis, si alter conjux nolit se convertere; & excepto casu Matrimonii rati, non consummati, si unus conjux velit ingredi Religionem; de quibus duobus casibus agendum est in sequentibus Decisionibus.

DECISIO XI. ARGUMENTUM.

Esti Matrimonia Infidelium sint insolubilia; ea tamen, etiam consummata, si unus conjux converterat ad fidem, dissolvi posse ex Christi dispensatione, in favorem Fidei concessa, ostendit hæc Decifio. Circa quam solutionem quatuor gravissima Dubia examinantur, & resolvuntur. 1. Quo tempore prædicta solutio fiat? 2. An Conjux infidelis sit prius monendus, ut se converterat? 3. Quid De Sacram. Matrim.

SUMMARIUM.

- 1 Infidelium Matrimonia sunt valida, & insolubilia.
2 Bigamia an officiat infideles?
3 Infidelium Matrimonia solum à Deo solvi possunt.
4 Inferior nihil potest in legem Superioris.
5 Infideles an possint mutuo dissenju solvere Matrimonium?
6 Christus tamquam Filius Dei concessit, solvi posse Matrimonium infidelis conversi ad fidem.
7 Dispensatio prædicta habetur non per Scripturam, sed per Apostolicam Traditionem.
8 Traditionibus Apostolicis Ecclesia regitur.
9 S. Pauli Apostoli verba circa Matrimonia Infidelium.
10 Prædicta verba sunt de consilio, non de Precepto.
11 S. Monica maritum habebat infidelem, patrem S. Augustini.
12 Fidelis an teneatur cohabitare cum conjuge infidelis?
13 Discessus infidelis à fidele conjuge solvi Vinculum Matrimonii.
14 Infidelium Matrimonia quando solvantur quoad Vinculum?
15 Solutionis eorumdem ratio.
16 Innocentii III. verba in cap. Quanto, & cap. Gaudemus. De Divort.
17 Solutio Matrimonii per conversionem ad fidem, quo tempore fiat.
18 Conditiones tres pro solvendo Matrimonio ad fidem conversi.
19 Matrimonium conversi ad fidem secundum solvi primum.
20 Cap. Si infidelis. 28. quest. 2. declaratio.
21 Fidelis conversus monere debet conjugem infidelem, ut convertatur.
22 Motivum prædicta an extrajudicialis sufficiat?
23 Jus Eccllesiasticum, ac Laicum potest infidelem monere, ut se convertat, aliter &c.
24 Formula monitionis, & interpellationis Conjugis infidelis.
25 Moneri si Infidelis non possit, quid agendum?
26 Voluntas declaratur verbis, & factò.
27 Dispensatio Pontificia requiritur, si infidelis conjux moneri non possit.
28 Gregorii XIII. Bulla pro dispensatione cum conversi ad fidem ad hoc ut nova Matrimonia possint contrahere.
29 Dispensatione prædicta quando opus sit, & quando non?
30 Fidelis conjux an teneatur cohabitare cum infidele nolente converti? Quod teneatur. num. 31.
31 Quod non teneatur rationes plures.
32 Judæorum odium maximum in omnes Christianos.
33 B. Simonius pur excommunicatus vivens à Judæis.
34 Conc. Tolentani IV. Canon circa conjugem Infidelem.
35 Mulieres, & Vinum faciunt apostatate Septentres.
36 Drabomira Pagana Matris S. Venceslavi iniquitas.
37 Judæis conversis prohibita conversatio cum aliis Judæis.
38 Judæis non licet habitare extra Ghetto.
39 Cæsara Regina Persarum ad fidem conversa recusat cohabitare cum marito, nisi se convertat.
40 Temporum diversitas attendenda circa conversos ad fidem.

- 42 Gentiles sunt minus inferi, quam Iudei.
- 43 Confectio regionum attendenda circa cohabitacionem fidelis conjugis cum infideli.
- 44 Arbitrium Episcopi attendendum circa d. Cohabitacionem.
- 45 Fidelis non tenetur, sed si velit, potest cum infideli conjugare habitare.

Cum itaque duo deunt casus, in Lege Evangelica, dissolvendi Vinculum Matrimonii antea initum; videlicet si ex infidelibus conjugatis unus convertatur ad fidem, alius vero nolit se convertere; & si ex fidelibus, cum Matrimonium est ratum, unus velit ingredi Religionem; ideo in presenti Decisione de primo casu est differendum.

Pro intelligentia dicendorum tria praemittere oportet. Primum est; quod Matrimonia infidelium, qui non deducunt in pactum expressum, vel tacite eisdem contractus dissolutionem, sunt Matrimonia vetera, valida, & insolubilia, ut ostendimus supra Decif. VIII. num. 42. & 43. & probatur per text. in cap. Unico, De Voto, & per rescript. in 6. ubi Bonifacius Papa VIII. sic loquitur: *Matrimonii Vinculum ab ipso Ecclesia capite, rerum omnium conditore, in Paradiso, & in statu innocentie institutum, unionem, & insolubilitatem accepit.* Item Innocentius III. in cap. Gaudemus, De Divortio sic inquit: *Qui autem secundum ritum suum legitimum repudiavit uxorem, cum tale repudium veritas in Evangelio reproboverit, nunquam ea repente licite poterit aliam etiam ad fidem Christi conversus habere.* Cur ita? Quia primum Matrimonium initum cum uxore, quam repudiavit est inter Virum, & Feminam infideles initum, fuit Matrimonium validum, atque insolubile. Et propter eandem validitatem, si infidelis, mortua prima uxore, aliam duxerit, bigamus evadit. cap. Deinde, dist. 26. Et cap. Debitum, De Bigamis non ordi. Ideo cum Christus Dominus Matth. 19. 6. dixit: *Quod Deus conjunxit, homo non separet;* censetur locutus prae se de insolubilitate Matrimoniorum per infideles initorum; quia tunc Christiani non aderant, cap. de infidelibus, De Consanguineo, & affinitate. Ita notat Emin. Cardin. de Laurea disput. 16. de Matrim. num. 279. loquens de insolubilitate Matrimoniorum, quae infideles contrahunt inter se ipsos. Idem docent Salmanticenses tract. 9. de Matrim. cap. 4. num. 33. & 34.

Secundo praemittere oportet, quod praedicta insolubilitas Matrimoniorum etiam inter infideles initorum, est à Deo, ita ut ipsorum infidelium Matrimonia sint insolubilia de Jure Divino, ut scriptum supra Decif. VII. num. 23. & constat ex d. cap. Unico, de Voto in 6. & ex Concil. Trid. sess. 24. cap. Unico, de Matrim. ex quo sequitur, quod praedicta Matrimonia infidelium nulla alia lege possunt solvi, nisi Lege Divina; nam omnis res per quascumque causas nascitur, per easdem resolvitur. cap. Omnis, De Regul. Jur. in 6. Et nullus inferior potest solvere legem Superioris, nec in ea dispensare. Clem. Ne Romani, De Elect. quod si facere praesumat, irritum est omne factum, cap. Imperiali, cap. Rescripta, & cap. Decretis, 25. quest. 2. Hinc sequitur, quod neque ipsi infideles, dum vivunt in infidelitate, possunt ex proprio consensu sua Matrimonia dissolvere; neque si ambo convertantur ad fidem; aut unus eorum tantum propria auctoritate; imò secundum aliquos neque auctoritate Summi Pontificis, qui non potest solvere Legem Divinam, cap. Sunt quidam, 25. quest. 1. Emin. Card. de Laurea d. disput. 16. num. 218. Quapropter solutio Matrimonii, de qua nunc sumus acturi, quando unus ex conjugibus convertitur ad fidem, & alter non vult converti, neque vult habitare cum converso absque Creatoris injuria, vel instigatione ad peccatum; praedicta, inquam, solutio Matrimonii procedit ex mera dispen-

satione Divina, quam Christus Dominus, Dei Filius, 6 cui omnia dedit Pater in manus, Joan. 13. 3. & cui data fuerat omnis potestas in Caelo, & in terra; Matth. ult. 18. reliquit in Ecclesia in favorem Fidei; ut testantur omnes Theologi; ac Scripturistae, quos longa serie allegat Sanchez ad Matrim. lib. 7. disp. 74. num. 4. Quibus novissime additum per Salmanticen. d. cap. 4. num. 36. doctissimus Maffrius in 4. Sentent. disp. 7. num. 193. Emin. Cardin. de Laurea ante d. disp. 16. n. 170. & Gonetus in Clypeo Theologiae Thomisticae tom. 5. disp. 5. de Matrim. n. 103.

Tertio praeattendendum est, quod haec dispensatio facta à Christo habetur in Ecclesia non per Scripturam, sed per Apostolicam traditionem, quam Apostolus Paulus promulgavit 1. Cor. 7. 10. per verba mox referenda; à quibus edocet est Ecclesia, hanc dispensationem, & Privilegium solutionis vinculi Matrimonialis sibi competere, quando conjux infidelis remanet obtinatus in infidelitate, & non vult habitare cum suo conjugate converso ad fidem, nisi cum contumelia Creatoris, vel ut inducat conversum ad peccatum; ut dicitur S. Augustinus in cap. Sic enim, 28. qu. 1. Innocentius III. in cap. Quanto, & in cap. Gaudemus, de Divortio; & advertit Emin. Card. de Laurea d. disp. 16. num. 177. ita scribens: *Respondetur, ut supra, ab ipsomet Deo esse dispensatum, ut in eo casu Vinculum solvi possit. Apostolus autem sciens Christi dispensationem, eam promulgavit; & Ecclesia semper eum discessum intellexit de separatione vinculi.* Traditiones autem Apostolicas habentur non solum scripto, sed verbo; & his Ecclesia regitur, cap. Catholica, dist. 11. & ab omnibus fidelibus sunt credendae, & observandae. cap. Si quis omnem, 1. quest. 7. Conc. Trid. sess. 4. cap. 1. Verba Apostoli Pauli 1. Cor. 7. 10. sunt sequentia; quorum prima pars dirigitur ad utroque conjuges fideles; pars vero secunda ad conjugem fidelem, qui ante suam conversionem contraxerat Matrimonium cum infideli, & cujus conjux adhuc vivit infidelis. Ait itaque Apostolus ad ambos Uxoratos fideles: *Si autem, qui Matrimonio jurati sunt, praecipio non ego, sed Dominus, uxorem a viro non discedere; quod si discesserit, manere inuptam, aut viro reconciliari. Et vir uxorem non dimittit. Quando autem unus ex conjugibus est fidelis ad fidem conversus, alter vero est infidelis, subdit Apostolus: *Nam ceteris ego dico, non Dominus: Si quis frater uxorem habet infidelem, & haec consentit habitare cum illo, non dimittat illam. Et si qua mulier habet virum infidelem, & hic consentit habitare cum illo, non dimittat virum; sanctificatus est enim vir infidelis per mulierem fidelem; & sanctificata est mulier infidelis per virum fidelem; alioquin sicut inmundi essent, nunc autem sancti sunt. Quod si infidelis discedit, discedat; non enim servituti subiectus est frater, aut soror in huiusmodi.* Hucque Apostolus: *In cuius verba Theologi, ac Canonistae duas faciunt observationes scitu necessarias.**

Observatio prima est, quod Apostolus Paulus dum inquit: *Si quis frater uxorem habet infidelem, & haec consentit habitare cum illo, non dimittat illam* &c. loquitur ex consilio, non ex praecipio; ut patet ex eius verbis antecedentibus: *Nam ceteris ego dico, non Dominus.* Et ideo Dominus non prohibuit fidelem convertere dimittere conjugem infidelem volentem habitare cum illo, nec praecipit, ut illum debeat retinere, si nolit baptizari; sed Apostolus Paulus consuluit eidem fidelem converso, ne illum dimittat, ob spem facilioris conversionis eisdem infidelis cohabitantis cum conjugate fidelem; ut innuit in sequentibus verbis: *Sanctificatus est enim vir infidelis per mulierem fidelem; & sanctificata est mulier infidelis per virum fidelem; ut narrat S. Augustinus lib. 9. Confess. cap. 9. de S. Monica Matre sua, quae cum esset Christiana non reculavit, ut secum habitaret* Pa.

Patricius infidelis ejus Maritus; cuius conversionem ad fidem tractu temporis est affecta. Hinc inferunt Doctores, quod conjux conversus ad fidem non est obligatus adhaerere conjugi suo volenti remanere in infidelitate, etsi velit cohabitare cum ipso converso absque injuria Creatoris, aut Christianae fidei; ut disputabimus infra num. 30. quia haec obligatio cohabitandi, & non dimittendi quae tantummodo, quando conjux infidelis convertitur & ipse ad fidem, fitque fidelis, cap. Sic enim, 28. quest. 1. cap. Si infidelis, 28. quest. 2. S. Thomas in Supplem. 3. part. quest. 59. art. 3. Salmanticenses tract. 9. de Matrim. cap. 4. n. 40. ubi subdunt hanc rationem: *Quia sicut per adulterium amittit jus Adulteri ad cohabitandum cum innocente; & potest iste quoad iborum separari: etiam si alter pacifice velit commorari cum eo: sic ratio perseverantiae in infidelitate, quae est adulterium spirituale, amittit infidelis Jus ad cohabitandum cum fidelem.* Aliam rationem allegat S. Thomas d. p. 3. quest. 59. art. 4. in corp. his verbis: *Qui moritur prioris vitae, non tenetur ad illa, ad quae in prioris vita tenebatur. Et inde est, quod ille, qui in vita seculari existens aliqua vovit, non tenetur illa, quando mundo moritur, vitam Religiosam assumens, persequere. Ille autem, qui ad Baptismum accedit, regeneratur in Christo, & prioris vitae moritur, cum generatio unius sit corruptio alterius, & ideo liberatur ab obligatione, qua conjugi tenebatur.*

Observatio secunda est; quod per illa verba Apostoli Pauli: *Quod si infidelis discedit, discedat* &c. non est intelligendus discessus tantummodo quoad thorum, & habitacionem, sed etiam quo ad Vinculum Matrimonii, quod omnino solvitur. Et hoc probatur tum quia Apostolus ponit differentiam inter separationem fidelium ex justa causa, & separationem infidelium ubi conversionem unus ad fidem: de primo asserit, quod mulier maneat inupta, quando Vir discedit ab ea; sed id non asserit in secundo. Ergo in isto fit solutio Matrimonii quoad Vinculum. Tum quia si solum loqueretur de separatione conjugum quoad thorum, & habitacionem tantum, non esset differt ratio inter mulierem fidelem, & mulierem infidelem, quando Viri discedunt ab eis. Siquidem mulier fidelis uxorata cum fidelem, si deseratur ab eo, remanet ei alligata quoad vinculum Matrimonii, nec potest alii nubere. Ergo mulier infidelis uxorata cum infideli convertita ad fidem, si Maritus infidelis discedat ab illa, nolens Christianam fidem amplecti, ultra hoc debet habere, quod discessus sit quo ad thorum; & possit cum alio nuptias inire. cap. Quanto, & cap. Gaudemus, De Divortio, Salmanticenses d. cap. 4. de Matrim. num. 26. nam, S. Bonaventuram, & Scotum ita docentes in 4. dist. 39. nec non S. Ambrosium in cap. Si infidelis, 28. quest. 1. ac S. Gregorium Magnum in cap. 2. 28. quest. 2. Idem scribit Cornelius à Lapide Commentar. 171. Cor. 7. 15. Vers. Nota. Tamburinus lib. 8. de Matrim. tract. 5. cap. 5. §. 3. & Emin. Cardin. de Laurea d. disp. 16. de Matrim. num. 164.

His ita praemissis, ac praenotatis; Catholicae Ecclesiae constans est doctrina, quod Matrimonia infidelium legitima, & valida, quamvis inter eos contracta, solubilia sunt quo ad Vinculum tunc, & quando unus conjugum infidelium amplectitur Christianam fidem, & baptizatur; alter vero recusat baptizari, & vult remanere in sua infidelitate; & haec vinculi Matrimonialis solutio fit per dispensationem concessam à Christo Domino in favorem fidei, & promulgatam ab Apostolo Paulo in supra relatis Verbis 1. Cor. 7. 15. *Quod si infidelis discedit, discedat, non enim servituti subiectus est frater, aut soror in huiusmodi, circa quae verba Eminentiss. Card. de Laurea d. disput. 16. de Matrim. num. 177. ita ait:*

Ab ipsomet Deo est dispensatum, ut in eo casu vinculum solvi possit; Apostolus autem sciens Christi dispensationem, eam promulgavit; & Ecclesia semper eum discessum intellexit de separatione vinculi. Patet autem ex Augustino in lib. 1. de Adulterinis conjugii cap. 18. & seq. (Et habetur diffusum in cap. Sic enim, 28. quest. 1.) Apostolicis traditionibus Ecclesiae innovasse ex Christi sermone in monte, quando solvi possunt conjugia, & quando non? Et prout id docuisse. Concordant in docendo hanc solutionem Matrimonii esse ex dispensatione, ac Privilegio Christi, Sanchez de Matrim. lib. 7. disp. 73. sub n. 7. ubi innumeros DD. numerat. Maffrius in 4. Sentent. d. disput. 7. num. 193. Salmanticenses tract. 9. de Matrim. cap. 4. num. 36. Diana part. 9. tract. 7. resol. 47. Quae reperta est in Coordinati Operis tom. 2. tract. 6. ref. 125. §. 5. & Thomas Tamburinus de Triplici Jure lib. 8. de Matrim. tract. 5. cap. 5. §. 3. num. 2.

Ratio autem hujus Divinae dispensationis fuit, ne fidelis conversus, quando ejus conjux infidelis remanet obtinatus in infidelitate, & non potest habitare cum illo absque injuria Creatoris, & non periculo subversionis, cogatur ducere vitam caelibem; siquidem nimis grave esset jugum Domini Nostri JESU CHRISTI, si omnes ejus fidem amplectentes adstringerentur ad castitatem observandam, ipso dicente Matth. 19. 11. *Non omnes capiunt verbum istud.* Ideo concessit benignus Dominus dispensando, & concedendo dispensavit, ut conjux conversus ad fidem, nolente altero fidem amplecti, possit ad alias nuptias transire; & ad hunc effectum dissolutionis censetur vinculum praecedentis Matrimonii initum in infidelitate, etsi inter eos consummatum. Ita Salmanticenses d. cap. 4. n. 37. & 38. ubi subdunt, huic dispensationi non obstat illud Matth. 19. 7. *Quod Deus conjunxit, homo non separet;* quia haec separatio non fit ab homine, sed ab ipso Deo in favorem fidei Christianae; neque obstat illud, *Qui dimiserit uxorem suam, nisi ob fornicacionem, & aliam duxerit, Moechatur.* Matth. 19. 9. nam locutus est Dominus ibi de Matrimonio inter fideles contracto, quod dissolvi non debet quo ad thorum nisi ob fornicacionem, ut explicatum est supra Decif. X. num. 74. & multo minus quo ad vinculum, ut ibi diximus a num. 75. & seq. Praesens autem dispensatio concernit Matrimonia infidelium, quae voluit Christus Dominus posse dissolvi etiam quo ad Vinculum, quando unus ex conjugibus convertitur ad fidem, & alter recusat fieri fidelis, neque ejus cohabitatio est possibilis absque injuria ejusdem fidei, vel cum pertractione ad peccatum. Porro plura dubia agitantur à Theologis, ac Canonistis circa praxim hujus dispensationis; & ideo eadem singillatim sunt hic referenda, atque declaranda.

Primum dubium est, *Quo tempore solvatur Vinculum Matrimonii duorum conjugum infidelium, quorum unus convertitur ad fidem, baptizatur, & fit Christianus?* Pro intelligentia praesentis dubii, ac sequentium transferenda sunt verba Innocentii Papae III. 16 quae leguntur in cap. Quanto, 7. & in cap. Gaudemus, 8. De Divortio. Ita loquitur Pontifex in cap. Quanto, paulo post princ. *Si enim alter infidelium conjugum ad fidem catholicam convertatur, altero vel nullo modo, vel non sine blasphemia divini nominis, vel ut eum pertrahat ad mortale peccatum, ei cohabitare volente: qui relinquitur, ad secunda, si voluerit, vota transibit, & in hoc casu intelligimus, quod ait Apostolus: Infidelis discedit? discedat. Frater enim, vel soror, non est servituti subiectus in huiusmodi. Et canonem etiam, in quo dicitur: Contumelia Creatoris solvit Jus Matrimonii circa eum, qui relinquitur. Eiusdem autem Pontificis verba in cap. Gaudemus, sunt sequentia: *Qui autem secundum ritum suum legitimum repudiavit uxorem, cum tale repudium veritas in Evangelio reproboverit, nunquam ea licite**

liciti poterit aliam, etiam ad fidem Christi conversus, habere; nisi post conversionem ipsius illa reuatur cohabitare cum ipso; aut etiam si consentiat, non tamen absque contumelia Creatoris; vel ut eum pertrahat ad mortale peccatum; in quo casu restitutionem potenti, quamvis de iniusta spoliatione constaret, restitutio negaretur; quia secundum Apostolum, Frater, aut Soror non est in huiusmodi subiectis seruitus. Quod si conversum ad fidem, & illa conversa sequatur, antequam propter causas predictas legitimam ille ducat uxorem, eam recipere compellitur.

His attentis Decretalibus reassumendo primum supra propositum Dubium; in eo quarunt DD. Quo tempore solvatur Matrimonium infidelium conjugum, cuius unus ad fidem conversus suscepit Sacrum Baptisma? Et duplex est opinio: Prima tres esse conditiones servandas a baptizato, & converso ad fidem, ad hoc ut dissolvatur vinculum Matrimonii cum eius conjugio infideli. Una est, quod ipse coniux infidelis nolit venire ad Christianam Fidem. Altera, quod nolens converti, neque velit cohabitare cum conjugio converso absque iniuria Creatoris, & sine contumelia Christianae fidei. Tertia, quod ulterius si velit cohabitare, non sit pertracturus conjugem. fidelem ad aliquod peccatum. Hae tres conditiones habentur in d. cap. Quanto, De Divort. ibi: 17 Altero (id est infideli conjugio) vel nullo modo, vel non sine blasphemia Divini nominis; vel ut eum pertrahat ad mortale peccatum, ei cohabitare volente. Et repetuntur hae tres conditiones in citat. cap. Gaudemus, De Divort. ibi: Nisi post conversionem ipsius illa (id est Uxor infidelis) reuatur cohabitare cum ipso (conjugio fidei); aut etiam si consentiat, non tamen absque contumelia Creatoris, vel ut eum pertrahat ad mortale peccatum. Igitur ubi concurrunt hae tres conditiones, statim eorum vi, ac virtute censetur solum vinculum Matrimonii, inhi in infidelitate inter conjugem conversum ad fidem, & conjugem remanentem in infidelitate. Hanc opinionem tenent ex Canonibus Archidiaconus, Hostiensis, & Abbas Panormitanus in d. cap. Quanto, de Divort. & ibi Glossa, in Verb. Contumelia, ubi ponit haec carmina:

Desere spernentem, vel blasphemare volentem; Vel se credentem scelus ad mortale trahentem; Nam sunt absque mora sine Vincula rupta priora.

Ex Theologis autem ita sentiunt Richardus in 4. sent. dist. 39. art. 2. quest. 2. Astenis in Summa part. 2. lib. 8. tit. 21. art. 2. quest. 5. Angelus in Verb. Matrimonium, 3. num. 3. & S. Antonius in 3. part. tit. 1. cap. 6. Fundamentum huius opinionis consistit in cap. si infidelis, 28. quest. 2. in quo S. Gregorius Magnus ait: Contumelia quippe Creatoris solvitur Jus Matrimonii circa eum, qui relinquitur. Sed quotiescumque coniux infidelis non vult amplecti veram fidem, neque habitare cum conjugio fidei absque blasphemia in Deum, & pertrahone ad mortale peccatum, committit contumeliam in Creatorem. Ergo hae conditiones faciunt, ut solvatur statim vinculum praecedentis Matrimonii. Militat pro hac eadem opinione etiam Ratio: nam hoc Privilegium solvendi vinculum maritale, inter conjugem conversum, & reculantem converti, datum est a Christo Domino in favorem fidei Christianae. Sed Fides Christiana suscipitur, ac proficitur in Baptismo iuxta initium Ritualis Romani de Sacram. Baptismi; ibi. Quid petis ab Ecclesia Dei? Fidem. Ergo suscepta Fide per Baptismum, statim debet habere locum Privilegium praedictum: & sic per susceptionem Baptismi solvitur vinculum Matrimonii inter fidelem baptizatum, & infidelem nolentem baptizari.

Altero opinio tenet, quod praedictum vinculum non dissolvatur, nisi quando coniux baptizatus vel contrahit aliud Matrimonium cum fidei; vel solemnem Professionem emittat in Religione, de qua

19

verba faciemus infra in Decif. XII. num. 3. Fundamenta huius opinionis sunt sequentia. Prima, quia Fides non destruit Matrimonium, sed perficit, sicut gratia non destruit, sed perficit naturam. Ergo per hoc praecedit quod alter fiat fidei, & baptizetur, altero in sua infidelitate perseverante, praecedens contractus naturalis Matrimonii non dissolvitur. Secundo, quia in cit. cap. Gaudemus, de Divort. legitur, Quod si conversum ad fidem, & illa (Uxor infidelis) conversa sequatur, antequam propter causas predictas, legitimam ille ducat uxorem, eam recipere compellitur. Ergo nondum erit solutum inter eos Vinculum Matrimonii; ut ait Glossa ibi, in Verb. Compellitur, his verbis: Ex hoc videtur quod contumelia Creatoris non solvitur Matrimonium ipso Jure; alias si solutum fuisset Matrimonium, non compelleretur eam recipere. Idcirco hanc opinionem tanquam probabiliorum tenent S. Thomas in 4. dist. 39. q. unic. art. 5. ad 2. & in Addit. ad 3. part. q. 59. art. 5. ad 2. Paludanus, & Major in ead. dist. 39. q. 1. Cardin. de Turrecremata in cap. Simili modo, 28. qu. 1. ad 2. argum. Sylvester in Verb. Matrimonium, 8. qu. 10. cap. 6. Summa Tabiena in Verb. Impedimentum. Impedim. 80. num. 3. Armilla in Verb. Matrimonium, num. 36. Navarrus in Summa cap. 22. num. 48. & pluribus aliis citatis Sanchez de Matrim. lib. 7. disp. 75. num. 4. quibus ex modernioribus adherent Salmanticenses d. tracl. 9. de Matrim. cap. 4. num. 50. Comitulus in Resp. Moral. lib. 1. quest. 126. num. 4. Vincentius de Justis in tracl. de Dispensatione Matrim. lib. 2. cap. 15. num. 40. & Emin. Card. de Lauræa de Matrim. d. disp. 16. numer. 183. & 184.

Ad fundamentum contrariae opinionis, quod contumelia Creatoris solvat Jus Matrimonii, ut in cap. si infidelis, 28. quest. 2. responderetur, per eam solvi dictum Jus non in actu, sed in potentia; quatenus facit, ut fidei coniux ad fidem conversus, attenta obstinatione alterius conjugis, in infidelitate perseverantis, potens fit ad novas nuptias transire, & per contractum novi Matrimonii cum alio fidei valeat adhaerere solvere vinculum Matrimonii praecedentis, ut fusi disputando de potentia praedicta ad actum descendit Comitulus d. lib. 1. q. 126. num. 6. Ad rationem adductam in contrarium, quod hoc privilegium concessum est Fidei Christianae, quae Fides proficitur in Baptismo; Ergo in Baptismo debet applicari hoc Privilegium baptizato: Responderetur applicari quidem in Baptismo, sed effectum ejusdem Privilegii differri usque ad novum contractum Matrimonii, vel Religiose Professionis, quia si interrim coniux infidelis convertatur, & ipse ad fidem possit manentem in suo primo Matrimonio. Ita Emin. Card. de Lauræa d. disp. 16. num. 185. & Lessius in 3. part. D. Thomae cap. 3. de Sacram. Matrim. dub. 5.

Secundum Dubium est, Quid agere debeat coniux fidei conversus ad fidem, ut sibi constet, conjugem suum infidelem obstinationem esse in infidelitate, nec Fidem Christianam velle suscipere, ad hoc ut ipse coniux fidei possit ad novas Nuptias valide transire? Respondent DD. infra citandi, quod ad instantiam Conjugis fidei moneatur, & interrogetur infidelis, ut declarat suam voluntatem in termino congruo, an velit se convertere, & ad Fidem Christianam venire. Sanchez de Matrim. lib. 7. disp. 74. num. 12. ubi plurimos citat. Salmanticenses d. cap. 4. num. 48. Diana Coordinatus tom. 2. tracl. 6. resol. 121. §. 5. & Emin. Card. de Lauræa d. disp. 16. num. 198. ubi dicit, quod si absque hac interpellatione, & non expectata declaratione conjugis infidelis, ipse coniux fidei ad alias nuptias transierit, nec primum Matrimonium esset dissolutum, nec secundum foret validum. Porro hanc monitionem, & interpellationem posse fieri tam extrajudicialiter, quam

19

judicialiter, concedunt supra allegati Auctores; ita tamen, si extra iudicium infidelis interpelletur, & moneatur ad se declarandum, ut supra, ajunt Salmanticenses: Erit sanum consilium, quamvis non necessarium, adhibere testes, ne postea vel conversus, vel ad sanum iudicium rediens, reclamet dicens, se admonitum non fuisse, & veli postea Matrimonium dissolvi. Et hoc dictum desumptum est a Glossa in cap. Quanto, in Verb. qui relinquitur, de Divort. ubi inquit: Debet adhibere testes, quod ille non vult ei cohabitare. Verum Emin. Cardinali de Lauræa d. disp. 16. num. 202. magis placet, ut praedicta monitio, & interpellatio ad instantiam conjugis fidei fiat judicialiter, & per mandatum Judicis a publico praecone intimandum eidem conjugi infideli, cum praesentia termini congrui, & cum citatione, dicto termino transacto, ad audiendum declarari, posse conjugem fidelem novum connubium cum altero fidei inire, vel ingredi Religionem; sic enim recitentur omnes cavillationes, ac oppositiones, quas infidelis excogitare possit, & falso adducere contra novum Matrimonium fidei.

Quod si quis petat, an talis Index debeat esse Ecclesiasticus, vel etiam possit recurri ad Judicem Laicum? Responderetur, probabiliter utrumque Judicem posse dictam monitionem, & interpellationem intimari facere conjugi infideli. Potest Laicus Index, tum quia agitur de dissolvendo Matrimonio infidelium, quod non est Sacramentum, sed simplex contractus civilis; tum quia actor sequitur forum Rei; Reus autem, id est coniux infidelis, non est subditus Ecclesiae; sed Magistratus Laici. cap. Experientia, 11. q. 1. Potest & Index Ecclesiasticus praedicta agere, tum quia ius interpellandi, & monendi conjugem infidelem provenit conjugi fidei a Sacramento Baptismi; tum etiam quia dicta interpellatio fit, ne nullum evadat futurum Matrimonium contrahendum a conjugio fidei, quod est Sacramentum; cuius respectu spectat ad Judicem Ecclesiasticum testes examinare etiam laicos, & alios actus iudiciales facere, pro validitate, ac recta administratione Sacramenti, ut sensus scribit Emin. Card. de Lauræa d. disp. 16. num. 209. & 208. ubi firmat tam per Judicem Ecclesiasticum, quam per Laicum fieri posse praedictam iudicialem interpellationem, ac monitionem. Formula autem ejusdem pro praxi erit ista, Commissione, & Mandato Illustriss. 24 Junii, ac Reverendissimi DD. NN. Episcopi &c. Tenore praesentium, & ad instantiam Mariae N. Neopbitae, ante Baptismum vocatae Rachelis, requiritur, interpellatur, ac moneatur Isaac Alphonus Judaeus Marius ante Baptismum ejusdem Rachelis, & nunc Mariae, ut in termino dierum trigesimo ab intimatione praesenti immediatè decurrat, ac numerat, quorum decem pro primo, alios decem pro secundo, & reliquos decem dies pro tertio, & ultimo termino assignamus, debeat in aliis huius Curiae se exprimere, ac declarare, an velit se convertere ad Sanctam Fidem Christianam, & secundum Iudaeorum de se, ac Sacrum Baptisma corde sincero suscipere, prout ipsa Maria, olim Uxor sua fecit, & prout eadem cum facere rogat, pro salute anime suae, monet, interpellat, & requirit. Alias dictis trigesimo diebus transactis, & ad Fidem Christianam non se convertente, & se conversurum non declarante, ipsa Maria ad secundas Nuptias cum alio fidei transibit, vel Religionem ingreditur, prout magis in Domino, pro propria aeterna salute, putaverit expedire: & citius praedictus Isaac Alphonus Judaeus, ac citius intelligatur, eodem termino 30. dierum transacto, coram D. S. Illustrissima, ac Reverendissima ad audiendum ita sententiarum, & quodcumque Decretum necessarium, & opportunum super praemissis pronunciari; salvo Jure eidem Mariae, olim Racheli petendi, & consequendi Dotem suam; & alia quaecumque bona sibi de Jure De Sacram. Matrim.

debita. Non solum &c. Verum &c. In quorum fidei &c. Datum ex Cancellaria Episcopali N. die &c. Anno &c.

Tertium dubium est: Quid facere debeat Coniux conversus ad fidem, quando non potest interpellare conjugem suum infidelem, an velit se convertere, & si non Christianam suscipere, ad quia vel malitiosè latitat; vel addo distat, ut non solum commode eum monere non valeat, sed etiam monitio ipsa reddatur impossibilis? Responderetur, duas esse Doctorem opiniones. Una, quod non sit opus alia monitione, & quod coniux fidei potest ad novas Nuptias transire absque scrupulo; ea ratione quia ex illa malitiosa sui ipsius occultatione, prout ex nimia regionum distantia est moraliter certum, nolle ipsum conjugem infidelem se convertere ad fidem, & relinquere suam patriam, ac parentes. Ita Henriquez lib. 11. de Matrim. cap. 8. num. 5. & ibi Comment. litt. S. Petrus de Ledesma, Veracruz, & alii, quos citat, & sequitur Sanchez de Matrim. d. lib. 7. disp. 74. num. 14. & 15. ubi subdit, voluntatem declarari 26 verbis, & factò l. Paulus, ff. Rem ratam haberi. Menochius De recuper. poss. remed. 15. numer. 124. Diana part. 3. tracl. 4. resol. 263. quae reposita est in Opere Coordinato d. tom. 2. tracl. 6. resol. 124. §. 3. & ibi Fillucius, Coninchus, & Riccius in Praxi part. 1. resol. 340. num. 2. quibus novissime adherent Gonetus d. tom. 5. disp. 9. de Matrim. numer. 99. ac Salmanticenses d. tracl. 9. de Matrim. cap. 4. num. 48. ita dicentes: Et hinc fit, Indoy, aut Mahometanos, aut Japonios apud nos conversos, posse ad novas nuptias transire absque admonitione conjugum in suis regionibus commorantium. Item Genueus in Praxi Curiae Archiep. Neapol. cap. 27. num. 20. attestans, quod pluribus fuit in Curia Archiepiscopali Neapolitana servatum, quod si infidelis convertatur ad fidem, ut possit Matrimonium contrahere, non tenetur requirere conjugem infidelem habitantem in partibus infidelium.

Opinio altera Theologorum est, quod ubi coniux infidelis non potest inventiri, requiri, seu moneri, ut se declararet, an velit Fidem Christianam suscipere? tunc opus sit dispensatione Apostolica ad hoc ut fidei conversus possit novum Matrimonium contrahere. Ita Basilus Pontius de Matrim. lib. 7. cap. 48. num. 22. his verbis: Quod si reperiri non possit (coniux infidelis) vel ob difficultatem viae, & itineris, cum in remotissimis versetur regionibus, ut evenit in his, qui ex Aethiopia captivi, vel servi afferuntur; vel ignoratur, ubi sit alter coniux, ad huc nubere non potest, quiquid dicat Thomas Sanchez, & alii, nisi dispensatio Pontificis accedat, qua supplicatur ea admonitio iure praescripta: Concordant Nicolius Lucubrat. Civil. lib. 1. tit. 10. de Nuptiis num. 43. ubi refert ita censuisse Sacram Congregationem Concilii, & idem pro Indis, Japoniis, & Angolanis, aliisque populis Africanis, & Mexicanis praedictam dispensandi facultatem Ordinarii Parochis, aliisque Confessariis vastissimum illarum regionum concessisse non solum B. Pium V. ut testatur Sanchez d. lib. 7. disp. 74. num. 13. sed etiam Gregorium XIII., & Clementem VIII. Idem affirmat Jacobus Pignatellus tom. 4. consulti. 93. ubi ponit Bullam Gregorii XIII. cuius tenor est huiusmodi.

Gregorius &c. Quoniam sepe contingit, multos utriusque sexus infideles, post contractam gentili vitam Matrimonia ex Angola, Aethiopia, Brasilia, & aliis 28 Indicis Regionibus, ab hostibus captos a propriis finibus, & propriis conjugibus remotissimas Regiones ex terminari, adeo ut ipsi captivi, & qui in patria remanent, si postea ad fidem convertantur, conjuges infideles tam longo intervallo disjunctos, an sine contumelia Creatoris secum habitare velint, ut par est monere

D 3

monere nequeant: vel quia interdum ad hostiles, & barbaras Provincias, ne nunciis quidem accessus patet: vel quia ignorant proventus, in quas Regiones fuerint transfati; vel quia itineris longitudo magnam afferat difficultatem. Idcirco Nos attendentes huiusmodi comubia inter infideles contraria, vera quidem, non tamen adeo rata censeri, ut necessitate suadente dissolvi non possint; singulis diuorum locorum Ordinariis, & Parochis, & Presbyteris Societatis IESU, ad confessiones audiendas ab eiusdem Societatis Superioribus approbatis, & ad illas Regiones pro tempore missi, vel in illis admitti concedimus facultatem dispensandi cum quibuscumque utriusque sexus Christi fidelibus incolis diuorum Regionum, & seruis ad fidem conuersis, qui ante Baptismum Matrimonia contraxerant, ut eorum quilibet, etiam superstitie conjugis infideli, & ejus consensu minimi requisito, ac responso non expectato, Matrimonium cum quouis fidei, alias tamen rite contrahere, & in eis postea carnali copula consummatis, quoad viscerum, remanere licite valeant, dummodo consensu etiam summarie, & extrajudicialiter, conjugem abjicere moneri legitimum non possit, aut momentum intra tempus eadem moritione prescriptum, suam voluntatem non significasse. Quae quidem Matrimonia, etiam postea inuenerit conjugis priores infideles suam voluntatem iuste impedire declarare non potuisse, & ad fidem etiam tempore transfati secundi Matrimonii conuersos fuisse, nihilominus rescindi nunquam debent, sed valida, & firma esse. Non obstantibus. Sac. Dat. Romae die 25. Januarii 1585.

Utraque opinio appellatur probabilis à Diana Coordinato d. tom. 2. tract. 6. resol. 24. sed mihi videntur concordare tam prima, quam secunda respectu diuersitatis Regionum. Nam si loquamur de Gentilibus, Paganis, ac etiam Mahometanis, qui commorantur in remotissimis regionibus Americae, Africae, vel Asiae; circa illos opus est dispensatione apostolica, si conjugis fidelis transire velit ad secundas nuptias irrequisito primo conjugis infideli, quem vel absolute reperire, & monere non potest; vel non nisi absque magna difficultate; & praedictam dispensationem concedere valent tum Ordinarii, tum Parochi, tum etiam Confessarii Regulares illarum regionum. Si vero casus contingat apud nos in Italia de aliquo conjugis Iudaeo ad fidem conuerso, facile erit momentum facere, ut se conuertat ipsum conjugem infidelem; qui si fiat transfuga, aut latitans non sit reperibilis; poterit fidelis novum Matrimonium inire absque alia monitione; cum per infidelis fugam, vel latitacionem satis constare dicatur, nolle se conuertere ex doctrina S. Thomae 1. 2. q. 97. art. 3. & ita in terminis varias rationes, & auctoritates allegando concludit Comitulus d. lib. 1. quest. 124. ad favorem unius Hebraeorum baptizatae; cuius Maritus infidelis amplius reperiri non poterat.

Quartum Dubium est, An conjugis fidelis teneatur recipere conjugem suum infidelem dicentem, pro nunc nolle amplecti fidem Christianam, sed velle cohabitare secum absque iniuria Creatoris, & absque incitamento ad peccatum? Vel possit, eo repulso, ad alias Nuptias transire? Digladiantur inter se Theologi circa hoc dubium. Alii respondent, quod tenetur cohabitare cum suo conjugis infideli. Primum, quia id dicit Apostolus Paulus 1. Cor. 7. Si quis frater uxorem habet infidelem, & haec consentit habitare cum illo, non amittat illam. Et si qua mulier habet virum infidelem, & haec consentit habitare cum illo, non dimittat virum. Secundum, quia Innocentius Papa III. etenim concedit conjugis infideli conuerso transire ad alias nuptias in cap. Quanto, de Divortio, quatenus altero vel nullo modo, vel non sine blasphemia divini nominis, vel ut cum petrabat ad mortale peccatum ei cohabitare volente. Tertium, quia ex hac cohabitatione spes est, ut infidelis conjugis

conuertatur ad fidem. cap. Jura nunc. 28. q. 1. Quarto, quia Privilegium datum à Christo pro dissolvendo Matrimonio infidelis conuersi est restrictum ad hos duos casus, si nolit cohabitare sine blasphemia Creatoris, vel sine pernicie animae ipsius conuersi. Quinto, quia sicut gratia non destruit naturam, ita fides conuersi conjugis non debet destrui naturam contractum maritale ante initum cum infideli. Sexto, quia causatur magna confusio in Republica, si daretur repulsa conuigibus infidelibus volentibus pacifice habitare cum conjugibus suis conuersis; & valde impediretur conuersio infidelium, si scirent, se non posse amplius cohabitare cum suis conjugibus, & ab eis esse omnino separandos. Ideo hanc opinionem sequuti sunt S. Thomas in 4. dist. 39. q. 9. Unic. artic. 5. in corp. & in supplem. 3. p. quest. 39. art. 5. Valentia tom. 4. disp. 10. quest. 1. punct. 7. Ledema 3. p. q. 59. art. 4. dub. 2. conclus. Unic. Eminenti. Card. Toletus in Summa lib. 7. cap. 7. Rebellus part. 2. lib. 3. q. 10. num. 10. Castropalaus de Matrim. disp. 3. punct. 2. num. 6. Gonetus cod. tract. disp. 5. num. 99. & novissime Emin. Cardin. de Laurae, qui fortissime firmat hanc sententiam, d. disp. 16. de Matrimo. art. 11. §. 3. & num. 183. & seqq.

Nihilominus alii gravissimi Theologi contendunt, non esse cohabitandum cum conjugis infideli, etsi offerat se absque iniuria Creatoris, aut investigatione ad peccatum se cohabitaturum. Primum, quia Apostolus Paulus, dum dixit: 1. Cor. 7. 15. Quod si infidelis discedat, discedat etc. intellexit non tantum de discessu physico, quando non vult cohabitare; sed etiam de discessu morali, quando discedit ab Ecclesia, recusans baptizari. Secundum, quia subdens Apostolus ibid. Non enim seruitus subiectus est frater, aut soror in huiusmodi, inuit solum esse vinculum, neque amplius conjugem infidelem subiectum esse seruituti, id est cohabitationi infidelis. Tertium, quia Privilegium datum à Christo in favorem fidei debet suum effectum operari, quando infidelis non vult converti ad fidem. Quarto, quia semper est periculum, ut infidelis subvertatur ab infideli, si cohabitabit cum illo: nam si vir sit infidelis ob dominium, & superioritatem in uxorem, et infensus erit tum circa animam, tum circa corpus. Quis ignorat odium Iudaeorum in Christianos? Julius Marroccenus Neophytus, ac primus Rabbini inter Hebraeos in opere suo ab eodem scripto part. 3. cap. 12. pag. 1392. ita inquit: L'amicizia degl' Ebrei con i Christiani è come quella de i Demonii con gl' uomini; perché questi a' fregoni, e ad altri loro devoti mostrano d'essere amici, e di volerli bene, li fanno corresse, e carezze, e li aiutano in certe cose; ma il fine che hanno nell' interno, sempre è la ruina di colui, col quale praticano. Et prosequitur narrando situm, quam habent Iudaei sanguinis Christiani, & allegando exempla filiorum fidelium per eos furtim occisorum; inter quos Anno 1475. Beatus Simoncinus de Tridento ab iisdem Iudaeis vivis excarnificatus. Quomodo ergo Uxor Iudaeae conuersa ad fidem incolum esse poterit cum Marito Iudaeo nolente se conuertere, si cohabitabit cum illo? Quinimo, hinc in Concilio Toletano IV. Anno Christi 633. can. 63. ita sanctum fuit: Iudaei, qui Christianas mulieres in conjugio habent, adnoscantur ab Episcopo Civitatis ipsius, ut si cum eis permanere cupiunt, Christiani efficiantur. Quod si admoniti noluerint, separentur: quia non potest infidelis in eius permanere conjugio, que iam in Christianam translata est fidem. Retur hie Canon in cap. Iudaei. 28. q. 1. Sexto, nec minus erit periculum, si Maritus sit fidelis, Uxor autem volens cohabitare cum ipso sit infidelis. Scripsum est: Vinnam, & mulieres apostatatae facturus sapiens. Eccles. 12. 2. quo loci ait Cornelius à Lapide: Vina, & mulieres Salomonem Regem Sapientissimum

num infatuarunt, ut apostataret, foretque Idololatra. Eadem infatuarunt Caluicum, Lutherum, Bucerum, ceterosque nostri aevi Novatores, eosdemque Apostatatos, imò hereticos, & hereticas effecerunt. Et de vafrique malurium, quae etiam Sanctos Viros traduxerunt in peccata, subdit idem à Lapide in Iudic. 16. 4. loquens de Dalila Uxore Samponis: Vide hic quam perniciosa sit mulier. Quid fortius Sampson? Quid sentiens Davide? Quid sapiens Salomon? Et tamen hoc Viri perdidit mulier, aequè ac Eva Adamum, omneque eius posterum. Igitur cohabitatio mariti fidelis cum Uxore infideli non est sine evidenti periculo subversionis eiusdem Mariti in aliquod gravissimum scelus. Libet notare pravitatem Drahomirae Uxoribus Paganæ Ursulae fidelis Ducis Bohemiae, ex quibus natus est S. Wenceslaus Martyr, in cuius sectionibus die 28. Septembris Ecclesia recitat eiusdem Uxoribus impietatem; de qua etiam Eminen. Cardin. Baronius Anno Christi 938. num. 8. Et Surius in Vita eiusdem S. Martyris ita ait: S. Wenceslaus Bohemiae Dux, Patre Christianissimo simul, ac religiosissimo Ursulae, Matre vero Drahomira Luceana, à Christiana religione alienissima, praeventus fuit: liquidem longè seceriorum, immemoreque in Christianos, quam Jezabel in Prophetas, ea se exhibuit. Et paulo post: Interim Marito funerato, filisque adhuc aetate imbecillioribus, Drahomira Religionem irradit, ac statim odium in Christianos male diu distulatum detegit, edito proposito, ut Tempia Christiana occluderent, cultu, ceremonisque absternerent, sacerdotes populum ne docerent, nec Lustrationis discipulos, secus facientibus carcer, exilium, morti denunciat. Ecce fructus cohabitantis Uxoribus infidelis cum Christianissimo Coniuge fidelis non debet cohabitare cum infideli, Pauli Papae III. Constitutio, 32. in qua §. 4. decernitur, ut Iudaei ad fidem conuersi, non nisi post longum tempus cum Iudaeis non conuersis possint conuersari. Igitur multo minus cohabitare. Octavo ex morali impossibilitate eiusdem cohabitantis: nam si conuersa sit Uxor, hanc dedecet habitare in clausura Iudaeorum, vulgò il Gesito, ubi infidiae quoad ejus animam, & corpus. Si Maritus Iudaeus extra Gebethum apud Uxorem ipsam conuersam degere velit, est ei prohibendum per aliam Pauli IV. Constitutio, 3. §. 1. ubi praecipitur, ut Iudaei in locis separatis à Christianorum domiciliis habitare debeant. Nondum, faveat exemplum Caesare Reginae Perlarum, de qua Cornelius à Lapide, 1. Cor. 7. 15. hæc ponit: Caesaria Regina, Uxor Persarum Regis, tempore Mauricii Imperatoris, Constantinopolim secretò fugiens, ibique conuersa, & baptizata, cum Maritus eam repeteret, ad eum redire noluit, nisi ipse Christianus foret. Quare ipse Constantinopolim veniens, ibique baptizatus, & ab Augusto de fonte levatus accepta conjugis letus ad suos rediit. Id conjugis sub annum Domini 593. ait ex Paulo Diacono, & Gregorio Turonensi referi Baronius. Quare sic esse faciendum videtur etiam nostris temporibus, videlicet conjugis infideli, neganti suam ipsam ad fidem conversionem, à conjugis fidelis negandam esse cohabitationem, cum transit ad novas nuptias, etsi sponte infidelis sine iniuria Creatoris, & sine petratione ad peccatum velle cohabitare. Ita Sanch. de Matrimo. lib. 7. disp. 74. num. 9. ubi alios Theologos, ac Canonistas sic sentientes cumulat. Basilius Pontius lib. 7. cap. 48. num. 10. ubi pro se allegat S. Thomam in 4. sentent. disp. 39. q. Unic. art. 3. & ibid. Richardum, Durandum, & Gabrielem; quos sequitur Comitulus d. lib. 1. q. 124. num. 4. Coninehus de Sacram. disp. 26. dub. 5. numer. 61. Diana Coordinatus d. tom. 2. tract. 6. resol. 121. de sumpta ex veteri part. 3. tract. 4. resol. 251. alias 252. Barbofa in collect. DD. ad cap. Si infideles, 28.

De Sacram. Matrim.

q. 2. num. 4. ubi dicit, hanc esse veriore sententiam, ac novissime Collegium Salmanticense d. trahat. 9. de Matrim. cap. 4. num. 45. ubi citat pro hac opinione Sotum, Ledema, Dicastrum, Henriquez, Rodriguez, Emin. Cardin. Bellarminum, & alios.

Et ab his respondetur ad argumenta contraria, quae subsistentia non videntur esse. Non primum ex verbis Apostoli Pauli, quia sunt de consilio, non autem de precepto; ait enim, Ceteris ego dico, non Dominus. 1. Cor. 7. 12. Ergo consili, non praecipit, ut notavimus supra num. 10. sed est praecipit; cum sit praecipitum humanum, contraria consuetudine est abrogatum, sicut illud de non comedendo sanguine, aut suffocato; et ajunt Salmanticens. d. cap. 4. num. 43. Non secundum ex Innocentio III. in cap. Quanto, de Divortio. quia ibi Pontifex intelligit idem esse nolle converti, & nolle habitare absque iniuria Creatoris, quia statim ac conjugis infidelis recusat se convertere ad fidem, inuit velle cohabitare cum blasphemia Creatoris. Ita etiam Conineho Diana Coordinatus d. tom. 2. tract. 6. resol. 121. §. 3. Et clarius responderi potest, quod dictio Vel sumitur pro copulativa Et; ita ut Innocent. III. velit dicere: Altero vel nullo modo, & non sine blasphemia divini nominis, & ne cum petrabat ad peccatum. Siquidem Vel postum inter genus, & speciem habet vim copulativam Et. Barbofa d. trahat. 45. num. 4. Infidelitatem autem est genus; blasphemia est species injuriae Creatoris. Non tertium, quia imò haece temporibus spes major est perversionis conjugis fidelis, quam conversionis infidelis. Non quartum, quia non constat de assera restrictione ad illos duos casus facta per Christum Privilegii sui de solutione Matrimonii. Et quatenus ita esset restrictum, replicatur, quod idem contentus nolle amplecti fidem; & nolle habitare nisi cum iniuria Creatoris, & Fidei. Non quintum, quia ex praedicto Christi Privilegio, ac dispensatione solvitur contractus Matrimonii, ubi infidelis respuit gratiam conversionis. Non sextum, quia salus animae est praeservanda politis respectibus, & ubi agitur de ejus periculo, omnia sunt spernenda; & quo ad impedimentum conversionis infidelium negatur consequentia; quinimò ubi conjugis infidelis nutrit veram charitatem, & amorem erga conjugem fidelem, ne eum amittat, facilius conuertetur ad fidem.

Sic altercat DD. circa hoc dubium; quorum aliqui conantur eos concordare, dicendo, quod prima opinio procedebat in primis facultis Ecclesiae, in quibus cum magnus esset fervor fidei in conjugibus conuersis, parvus erat timor subversionis in cohabitatione cum conjugibus infidelibus. At nunc frigidescere fervore fidei, evidens est periculum, ut conuersus subvertatur ab infideli obstinato in infidelitate; & ideo non est amplius locus petite cohabitationi. Ita DD. apud Salmanticenses d. trahat. 4. num. 42. & 43. Alii concordant, dicentes primam opinionem admittendam esse in Paganis, & Gentilibus, ex quibus aliquis conjugatus conuertitur ad fidem: secundam vero prorsus locum habere debere in conuersis ex Judaismo. Ratio est, quia Gentiles non sunt adeo infensi, ac perniciosae contra illos, qui sunt Christiani, prout fuit Iudaei, quorum, ut diximus, est inexplicabilis contrarietas in Christi fideles. Ita Basilius Pontius d. lib. 7. cap. 49. num. 10. & Cabasutius ad Conc. Toletan. 4. can. 63. num. 17. pag. 287. Alii dicunt, attendendam esse consuetudinem Regionum, in quibus conjugis conuersus sit ex infidelitate ad Christianam fidem. Idcirco si conuertatur apud Chineses, Japonios, aliosve Indos, apud quos usus, & consuetudo viget, ut conjugis infidelis cohabitaret pacifice cum infideli, habeat locum prima opinio, & cohabitatione erit admittenda. At in Italia, Germania, Gallia, Hispania,

Hispania, alisque Regnis Europæ, in quibus non est in usu, ut cohabitent simul conjuges diverse fidei, ac Religionis, præferenda est secunda opinio, ac prædicta cohabitatio erit omnino deneganda. Ita idem Salmanticensis d. cap. 4. num. 43.

Ego dicere, pro concordia harum opinionum, standum esse arbitrio Episcopi, in cujus Diocesi reperitur conjux fidelis, cum quo habitare intendit conjux infidelis, spondens, se neque injuriosum in Deum, neque insensum conjugi fidei futurum. Si quidem cum cadat sub arbitrio Judicis, & ab eo decidendum sit, quando Uxor debeat sequi Virum, & quando non? ut demonstrat Menochius de Arbitr. Jur. d. c. 469. à num. 3. & seqq. Ita Episcopus arbitrari debet, an concedendum sit, ut conjux infidelis, qui non vult converti ad fidem, cohabitare cum conjuge converso; examinando, & reflectendo ad qualitates, mores, promissiones, cautionesque per conjugem infidelem exhibitas; ac alias circumstantias, ex quibus desumi possit spes conversionis infidelis ex cohabitatione; & securitas tum animæ, tum corporis conjugis fidelis cohabitantis. His concurrentibus poterit Episcopus arbitrari juxta primam opinionem: at, his cessantibus, pro secunda.

Tandem concordandæ sunt prædictæ opiniones dicendo, quod conjux fidelis non tenetur cohabitare cum infidele juxta secundam opinionem; at potest, si velit, cum eodem cohabitare. Ita ex S. Thoma in 4. Sentent. d. dist. 39. q. unic. art. 3. admittunt Salmanticensis, si spes assurgat convertendi infidelem; vel de evitando periculo mortis, aut magna jactura bonorum agatur, ut in d. c. capit. 4. num. 43. & ante eos Gonetus d. disp. 5. de Matrim. num. 86.

DECISIO XII. ARGUMENTUM.

Enucleantur alia novem Dubia circa infidelium converterum Matrimonia: & præcipue. An dissolvantur per novas Nuptias infidelis? vel per Professionem Religiosam fidelis? aut per ejus Novitiatum, aut per Ordinationem in Sacris, seu per Pontificiam Dispensationem? Quid agendum, si conversus ad fidem plures habeat Uxores? Eius Filii cujus erunt? Uxor oblatina infidelis, an possit repetere Dotem à converso Marito fidele? Et an filii eorum Legitimam? unâ cum aliis curiosis Quæstis.

SUMMARIUM.

- 1 Matrimonium in infidelitate contractum subsistit post Baptismum eorum.
2 Infidelis, cujus conjux est baptizatus, quando possit contrahere alias nuptias?
3 Professio Religiosa conjugis conversi an solvat Matrimonium consummatum ab eo in infidelitate; & num. 5. & 7.
4 Si vincio vincentem te, multo magis vincio te.
5 Coniuge uno presente in Religione, alter non potest novas nuptias inire, si Matrimonium fuerat consummatum.
6 Professio Religiosa equiparatur morti.
7 Infidelis conjux si convertatur, potest repetere conjugem suum, Novitiatum in Religione facientem.
8 Ordinatus in Sacris conjux conversus an possit repeti ab uxore, si postea ipsa convertatur.
9 Uxores plures habens infidelis, quam retinere debeat, si convertatur?

- 11 Uxorum pluralitas, seu Polygamia prohibita de Jure divino.
12 Uxore secunda conjugis conversi defuncta, an ipse teneatur ducere primam infidelem, que nux se convertit ad fidem?
13 Infidelium Matrimonium cum ambo baptizantur, an fiat Sacramentum?
14 Infidelium converterum Matrimonia an Pontifex possit dissolvere? Quid sit numer. 15. Quid non num. 16.
17 Infidelium Matrimonia in gradibus prohibiti inire, an toleranda, si convertantur ad fidem?
18 Filii infidelium, si unus conjux convertatur, cui debeant adherere?
19 Ufus rationis in pueris quo anno presumatur?
20 Judæi plures baptizati à Gregorio Cardin. Barbaticeo Episc. Padue.
21 Uxor infidelis an possit repetere Dotem à conjuge converso? Et an Filii infidelis Legitimam?
22 Uxor infidelis an gaudeat privilegio à Jure concessi pro restitutione Dotium?

Præter quatuor supra resoluta Dubia, remanent alia novem proponenda, & enucleanda, quæ Matrimonia infidelium ad fidem converterum concernunt.

Primum igitur Dubium est: Si ambo conjuges infideles convertantur ad fidem, Utrum eorum Matrimonium in infidelitate contractum dissolvatur? Et concorditer respondent omnes DD. illud non dissolvi; ea ratione, quia sicut ab initio fuit legitimum, ita post Baptismum remanet validum; adeo ut neque opus sit novo consensu inter ipsos: nam dispensatio ad illud dissolvendum concessa est tantum in eo casu, in quo unus ex conjugibus infidelibus detrectet venire ad fidem; ad hoc ut convertens, primo Matrimonio dissoluto, possit ad secundas Nuptias transire; quando autem ambo convertuntur, non interruptur eorum conjugium, sed firmum, & validum perseverat. Ita Sanchez de Matrim. lib. 7. disp. 73. num. 9. Trullench lib. 7. cap. 4. dub. 4. num. 7. Justus de dispensat. Matrim. lib. 2. c. 15. num. 37. Casfar de Panimoll. in Idea secundæ Juris Consult. 17. num. 1. Et Salmanticensis eod. tract. de Matrim. cap. 4. num. 34.

Secundum Dubium est: An infidelis conjux, qui spreto monitione Conjugis fidelis non vult convertere se ad fidem, possit aliud Matrimonium inire cum alia persona infideli? Respondent Theologi sub hac distinctione: Vel conjux fidelis, transacto termino monitionis factæ suo conjugi infideli, transivit ad secundas Nuptias, seu Professionem fecit in aliqua Religione approbata? & tunc etiam Conjux infidelis potest alii nubere; nam per novas Nuptias, seu Professionem conjugis fidelis solum fuit primum Matrimonium antea initum cum eodem infideli; qui propterea liber remansit à vinculo primi Matrimonii; & ideo tamquam solutus potest contrahere cum quacunque soluta; nulla enim reperitur Lex Divina, aut humana, quæ vetet infideli solum contrahere pro libito aliud Matrimonium. Emin. Card. de Lauræa disp. 16. de Matrim. num. 212. & seqq. Lessius in 3. part. D. Thom. cap. 5. de Matrim. num. 4. num. 96. ubi refutat Dominic. Sotum in 4. dist. 39. art. 4. quest. unic. contrarium decernentem. Vel conjux fidelis nec contraxit secundum, nec Religionem approbatam est professus, & in hoc casu infidelis novum Matrimonium cum altera inire non potest; ea ratione, quia prioris Matrimonii vinculum non est solum. Ita Lessius d. dub. 5. num. 97. ex doctrina S. Thomæ in 4. sentent. dist. 37. qu. 2. art. 4. ad 3. Idem docet Averfa de Matrim. quest. 2. sect. 5. circa cap. & Emin. Card. de Lauræa d. disp. 16. à num. 205. ubi inter alias rationes hanc conficit, quod Privilegium solvendi primum Matrimonium datum

datum est à Christo, favore Fidei, conjugi fidele, non autem infideli; & ideo usus prædicti Privilegii pendet à voluntate conjugis fidelis, non autem ab illa conjugis infidelis.

Septimum Dubium est: An sicut solvitur primum Matrimonium Conjugis infidelis per secundum Matrimonium inire à Conjuge converso, ita solvatur, si ipse Conjux conversus faciat in Religione solemnem Professionem? Circa hoc dubium due sunt opiniones Doctorum, Affirmativa una; Negativa altera. Affirmant plures, & tenent, primum Matrimonium conjugis infidelis dissolvi, si Conjux fidelis profiteatur in Religione. Ratio est, quia Matrimonium Ratum fidelium est Vinculum fortius, quam Matrimonium consummatum infidelium, tum quia est Sacramentum; tum quia si conjux conversus ineat aliud Matrimonium cum fidele, est ratum, & non consummatum, dissolvit primum Matrimonium infidelis. Sed per Professionem Religiosam dissolvitur Matrimonium ratum inter quoscunque fideles, ut in confesso est apud omnes Catholicos. cap. Ex publico. De Convers. Conjugat. Concil. Trident. sess. 24. de Refor. Matrim. can. 6. & probant Emin. Card. de Lauræa d. disp. 16. art. 13. num. 281. & Salmanticensis d. cap. 4. dub. 3. à num. 53. & seqq. Ergo per eandem Professionem multo magis dissolvitur Matrimonium infidelium, etiam consummatum, juxta regulam, Si vincio vincentem te, multo magis vincio te. I. Si de accessibus. ff. de Divers. ac temporal. Prescription. Et ita tenent S. Bonaventura in 4. dist. 39. art. 2. q. 2. & ibidem Richard. Major, Palacios, & Sotus, Henricus lib. 11. de Matrim. cap. 8. num. 5. Sa in Summ. Verb. Matrimonium n. 8. Vers. Conversus ad fidem. Ledesma, Lopez, Vega, & alii, quos citat, & sequitur Sanchez de Matrim. d. lib. 7. disp. 75. num. 9. Quibus adherent Salmanticens. dist. trad. 9. de Matrim. cap. 4. num. 52. Emin. Card. de Lauræa d. disput. 16. num. 205. & num. 312. & Biffus in Hierurgia tom. 1. Verb. Cultus disparitas num. 61. §. 12.

Alii tamen negativam sententiam amplectuntur, docentes non dissolvi Matrimonii Vinculum cum infideli, si eo remanente in infidelitate conjux conversus ingrediatur approbatam Religionem, & in ea solemnem professionem emittat; ea ratione, quia dissoluitur Matrimonium consummatum quo ad vinculum fieri non potest nisi ex Divina concessione. At nullibi invenitur concessum, quod Professione Religiosa dirimat Matrimonium consummatum infidelium: nam esse dirimatur per secundum contractum Matrimonium, id provenit, ex præcisa Christi concessione, ne Conjux conversus cogatur coelibem vitam ducere, vel habitare cum infideli obstatum cum periculo perverſionis, & sic conversio est reddatur onerosa. Cessat autem hoc motivum, & hoc onus, Religione assumpta, in qua ipse conversus sponte eligit vitam coelibem; & sic ex Privilegio dirimendi primum Matrimonium cum infideli ex secundo Matrimonio assumpto non potest inferri, ut illud dirimatur per assumptionem vite Religiosæ. Neque urget Exemplum solutionis Matrimonii Rati inter fideles per Professionem Religiosam; quia est casus diversus, neque militat eadem ratio; siquidem alibi fuerit, quod ubi ambo conjuges infideles post consummatum Matrimonium converterentur ad fidem, si eorum unus transiret ad Religionem, & in ea solemnem Professionem faceret, alter conjux conversus post secundas Nuptias inire; quod falsum est, & fieri posse negat ipsemet Sanchez d. lib. 7. disp. 76. num. 3. & 7. Nec multum relevare, ajunt, regulam si vincio vincentem te. Enc. quia habet locum in his, in quibus militat eadem ratio, & quando utrumque constat ex eodem jure; in præsentem autem casu neque currit eadem ratio, neque utraque dissolutio fit ex eodem jure; quia dis-

solutio Matrimonii antiqui consummatum inter infideles, si unus convertatur, & alter nolit converti, fit per novum Matrimonium conversi jure divino per Christum concessio; at dissolutio Matrimonii Rati per Professionem inter fideles fit tantum jure Ecclesiastico. Ita Diana, qui hanc opinionem mordicus tenet part. 9. tract. 7. resol. 47. que jacet in Diana Coordinato tom. 3. tract. 6. resol. 125. & ante Dianam illam defendenter Coninchus de Sacram. disp. 26. dub. 5. num. 65. Hurtadus de Matrim. disp. 8. Difficul. 14. num. 52. Basilius Pontius eod. tract. lib. 9. cap. 4. num. 10. (verius tamen lib. 7. cap. 48. num. 19.) & Perez disp. 36. sect. 8. num. 2. & alii.

Ex his diversis opinionibus mihi videtur prima affirmativa amplectenda tamquam magis vera; & me movet illa manifesta ratio, quod Professio Religiosa est altera mors; profectusque in Religione est omnino mortuus mundo. cap. Placet. 16. quest. 1. Barbosa in l. Deo nobis. C. de Episc. & Cler. & de Appellat. Verb. App. 157. Bordon de Profes. Regul. cap. 20. num. 15. Salmanticensis d. cap. 4. num. 79. Sicut ergo mors naturalis solvit vinculum præcedentis connubii, juxta id, quod ait Apostolus 1. Cor. 7. 39. Mulier alligata est legi, quanto tempore vir ejus vivit; quod si dormierit vir ejus, liberata est, cui vult nubat tantum in Domino; ita Professio destruit præcedens Matrimonium conversi profectus cum infideli remanente in sua infidelitate. Hæc ratio est deducenda ex doctrina S. Thomæ in 4. dist. 27. quest. 11. art. 3. quest. 2. & in addit. ad 3. part. qu. 61. art. 2. Ex hac opinione sequitur, quod conjux infidelis tamquam solutus à prædicto vinculo potest novas nuptias celebrare, ne dum adhuc fiat infidelis, sed etiam si converteretur postea ad fidem; ut concedit Eminen. Card. de Lauræa d. disp. 16. num. 212. & Justus de dispensat. Matrimonialib. d. lib. 2. c. 15. à num. 40. & seqq. bene ubi advertit, quod si conjux infidelis, & alius obstinatus converteretur ad fidem, priore suo conjuge Novitiatum faciente, & nondum professione emissa, possit illum repetere, ut secum in Matrimonio (quod nondum erat dissolutum) vivat; prout scribit etiam Sanchez de Matrim. d. lib. 7. disp. 76. n. 7. Bonacina de Matrim. quest. 3. punct. 7. num. 10. & Casar de Panimollis in Idea secundæ Jurgis d. Constitut. 17. num. 11. & 13.

Verum tamen est ex mente ferè omnium Doctorum, quod si conjux fidelis conversus suscipiat Ordines sacros, conjuge infideli in sua infidelitate jacente; is postea si convertatur ad fidem, poterit quidem repetere suum conjugem, ut antea ordinatum, sed opus esset Pontificia dispensatione ad exigendum, & reddendum debitum; & ratio repetitionis prædictæ est, quia per susceptionem sacrorum Ordinum non solvitur vinculum præcedentis Matrimonii, Sanchez d. lib. 7. disp. 76. num. 11. Diana Coordin. dist. tom. 2. tract. 6. resol. 125. §. 3. Justus dist. lib. 2. cap. 5. de Matrim. num. 97. ubi hæc verba ponit: Ratio autem cur non æque tale Matrimonium solvatur per Ordines sacros, quam per Professionem in Religione approbatam, est; quia susceptio Ordinum non est mors Civilis, sicut Professio Religiosæ: neque ita Matrimonium pugnat cum statu Sacerdotali, sicut cum Monachatu.

Octavum Dubium est: Conversus ad fidem conjux habebat in infidelitate plures Uxores, partim repudiatas, partim successu acceptas. Queritur ex his omnibus quam posse nunc sibi eligere, & habere in uxorem? Respondent concorditer Doctores, quam habuit primam Uxorem in infidelitate, est deinde repudiatam, hanc debet, & tenetur accipere in uxorem conversus ad fidem; dummodo hæc monita, hortata, & excitata ad fidem Christianam amplectendam, convertatur, & baptizetur. Quod si obstinata persistat in infidelitate, conjux conversus facultatem